

qui Petri Cicerchiae patris, abrepti morte luctuosa d. 9 Apr. 1882, munus voluntarium sponte in se suscepit, acrem se praestans custodem et vindicem antiquitatum Praenestinarum¹⁾. Vincentii Cicerchiae

1) Petrum Cicerchiam, non Vincentium, scito intellegi, ubicumque sine praenomine simpliciter nominavi Cicerchiam.

cura id quoque effectum est, ut nuper tandem museum publicum Praeneste institui coeptum sit, quod dummodo adsit Fortuna Praenestinarum neque ager Praenestinus veterem suam inscriptionum antiquarum feracitatem amiserit, non dubito quin mox futurum sit egregium priscae Romanae antiquitatis promptuarium.

Fastorum a Verrio Flacco in foro Praenestino propositorum fragmenta quaere huius Corporis vol. I.

2846 lamina aenea. *Nel territorio di Palestrina, contrata Covarella* HISTORIA PRAEN. Apud Stephanum Borgiam GVATT. Cum museo Borgiano venit in museum Neapolitanum, ubi extat. — Licet ignorem quo tempore vixerit auctor ille historiae Praenestinae et cuius fidei homo fuerit, tamen originem Praenestinam huius laminae ab eo confictam esse cur putem, nulla causa est; id solum suspectum est quod repertam eam facit in regione *Covarella*, cum huic regioni agri Praenestini Cecconius (p. 60) templum Aesculapii tribuerit.

ESCVLAPIO
DICTV · ET · FACTV
ISOCHRYSVS

Ad ectypum delineavit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 894. Ex libro manuscripto de historia Praenestina, qui adservabatur Praeneste apud heredes Rosicarelli, excerptam Henzeno dedit Bonanni canonicus. Edidit primus Guattani *notizie sulle antichità e belle arti* 1784 p. 94 (inde Marini *iscr. Alb.* p. 5, ex quo Orelli 1573) acceptam ab Amaduzzio. Habent deinde catalogus musei Borgiani scriptus anno 1814 (*Documenti inediti per servire alla storia dei musei d' Italia* I p. 298 n. 473); Mommsen *inscr. Neap.* n. 6751; Fiorelli *catal. mus. Neap.* n. 43.

2 ACTV Momms., non recte.

2847/8 fragmentum (tabulae ut mihi videbatur; aram dicit GARR.) ex lapide Albano. *Rep. tra le rovine esistenti presso la chiesa della Madonna dell' Aquila* CECC. Nunc vv. 1—4 extant Praeneste in aedibus Cecconi.

<p>ego:</p> <p>ΑΠΟΛΟΙ</p> <p>METILIO</p> <p>MAGISTERE</p> <p>CORAVERON</p>	<p>Cecconi:</p> <p>A P O L O N</p> <p>M E T I L I O</p> <p>M A G I S T E R</p> <p>C O R A V E R O</p> <p>5 C A N I C I O L · S^T 'sic' CECC.</p> <p>R I A N D O</p>
--	---

Descripsi. Habet primus Cecconi p. 39 (inde Petrini p. 333 n. 25 et p. 341 n. 76; huius Corp. vol. I n. 73). De visu citat Garrucci *ann. inst. arch.* 1860 p. 237. Ad ectypum Mommsen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 38, recognitam ad lapidem Corp. I add. p. 554. Delineavit ad ectypum Ritschl *priscae Lat. suppl.* II (1863) tab. fig. B cf. p. VI (opp. 4 p. 512) et *Suppl.* III p. XIII (opp. 4 p. 531). Garrucci *syll.* n. 586.

2 post METILIO nulla littera superest; fragmentum litterae s, quam ibi exhibet Mommsen *bull.*, deceptus fortasse ectypo (cf. Ritschl *suppl.* II p. VI = opp. 4 p. 513), recte idem omisit, cum curis secundis lapidem retractaret Corp. I p. 554; nihilominus Garruccius edidit ΜΕΤΙΛΙΟΣ. — 3. 4 in fine integri mihi esse videbantur. — 5. 6 valde vereor ne errore hi versus a Cecconio cum vv. 1—4 coniuncti sint; explicavit adhuc eos nemo.

Sequuntur tituli Fortunae dicati numero plus minus quadraginta. Scriptorum testimonia de cultu Fortunae Praenestinae componere non est huius loci: pauca tantum memorare libet quae maxime faciunt ad antiquum splendorem eius cultus demonstrandum. Iam anno u. c. 513 consulem populi Romani sortes Fortunae Praenestinae adire voluisse, sed a senatu prohibitum esse narrat Valerius Maximus 1, 3, 2 cf. infra ad n. 2929; Prusias rex Bithyniae cum anno 586 cum filio Nicomede Romam venisset, non solum Romae in Capitolio, sed etiam Praeneste in aede Fortunae vota pro victoria populi Romani suscepta exsolvit (Liv. 45, 44); Carneades cum anno 599 legatus Atheniensium Romae moraretur, Praeneste quoque adiit et ibi Fortunae deae bonam fortunam miratus est (Cic. de div. II, 41, 87). Ipsi Romani quemadmodum post bellum Hannibalicum Iunoni Sospiti Lanuvinae in urbe sua publice aedem dedicaverunt (cf. supra p. 192), ita eodem fere tempore etiam Praenestinam deam apud se receperunt dedicata aede in colli Quirinali a. 558 Fortunae Primigeniae (Liv. 34, 53 cf. 29, 36)¹⁾; nam

1) Fuit praeterea Romae in Capitolio aedes Fortunae Primigeniae (cf. ad n. 2852 v. 1); hanc quo iure nonnulli (apud Plutarchum de fortuna Roman. c. 17) a Servio Tullio conditam esse putaverint, non liquet.

id nomen, ut tituli demonstrant²⁾, quasi proprium erat Fortunae Praenestinae. Appellatur enim Primigenia in titulis qui sequuntur paene omnibus³⁾ (id est exceptis carmine n. 2852 et n. 2850, ubi appellatur *sancta*), plerumque hoc vocabulo plene perscripto (*Primig.* est n. 2849, 2851, 2855, 2856, 2860, 2871, 3003), nisi quod in certo quodam genere titulorum valde antiquo (n. 2874 seq., praeterea etiam n. 2854) utrumque vocabulum per primam tantum litteram notatur; *Diovo fileia Primogenia* appellatur in omnium fortasse antiquissimo n. 2863, *Iovis puer Primigenia*, quod idem esse videtur, in n. 2862; de titulo dedicato *Fortunae Iovi puero* n. 2868 vide ad ipsum. *Fortunae sanctae* inscriptus est titulus iam memoratus n. 2850, *Pietati Fortunae Primigeniae* n. 2856. — Dedicati sunt hi tituli ab omnium paene ordinum hominibus,

2) Casui tribuendum est, quod scriptorum qui de Fortuna Praenestina egerunt nemo Primigeniae vocabulum ei tribuit; sed tamen Cicero de leg. 2, 41, 28 tam de cultu Fortunae Primigeniae Praenestino potest cogitavisse quam de eiusdem deae cultu urbano.

3) Titulum Fortunae Primigeniae dicatum, quem certum sit antiquitus stetit extra Praeneste vel Romae vel alibi, nullum habemus, cf. ad n. 2864; etiam titulus huius corp. vol. VI n. 193 potest certe Praeneste Romam adlatus esse.

nonnulli a senatoribus populi Romani (n. 2849. 2866), plures ab hominibus quaestui deditis, ut n. 2874 seq. positi sunt a collegiis mercatorum et opificum liberae rei publicae Praenestinae —, conferendi sunt similes tituli positi Forti Fortunae trans Tiberim sexto milliario ab urbe Roma, editi huius corp. vol. VI n. 167—169 —, n. 2852 positus est a filio mercatoris frumentarii qui ipse quoque Fortunam Praenestinam coluerat, n. 2864 a mancipe aedis ipsius ut puto Fortunae; n. 2863 fortasse pertinet ad donum Fortunae datum propter feturam pecorum. Ad aetatem titulorum quod attinet, n. 2855. 2863. 2874—2882 videntur esse liberae reipublicae (in his plerique, certe n. 2855. 2863. 2874. 2876. 2878, Sulla antiquiores), reliqui aetatis imperatoriae. Multae ex basibus infra recensitis sustinebant signa aliorum deorum Fortunae dedicata, nonnullae statuas hominum ab ipsorum propinquis non minus honori eorum quam Fortunae dicatas (n. 2852. 2884—2888).

Sortium, de quibus multa habent scriptores, mentio fit in sola n. 2862, quam dedicavit Nothus Ruficanae Plotillae servus *ex sorte compos factus*; quamquam alias quoque ex dedicationibus infra scriptis coniunctas fuisse cum consultatione sortium veri simile est. Ceterum sortilegum Fortunae Primigeniae habebimus infra n. 2989 Maesium Celsum hominem ingenium et summis coloniae Praenestinae honoribus functum, sacerdotem Fortunae Primigeniae *lectum ex s(enatus) c(onsulto)*, infra n. 3003 Scurreium Fontinalem ordinis ut videtur libertini. Ad *oraculum* Fortunae Primigeniae pertinet etiam adnotatio mutila Verrii Flacci ad fastos ab ipso in foro Praenestino propositos sub die ut videtur 9. mensis Aprilis (huius Corp. I p. 316). — *Fortunae Praenestinae Augustorum n(ostorum)* dedicatus titulus nondum plene lectus extat Sarmizegethusae in Dacia huius Corp. vol. III n. 1421.

2849 parva basis marmorea, Praeneste. *In casa di M. Nocentio Cappucino* [de hoc Innocentio cf. Petri p. 204 sub a. 1526] COL. *Si serba affissa al muro dell' abitazione de' signori Tersoli al Borgo PENNAZZ.* In fronte eiusdem domus postea Palma nunc Scavalli extat adhuc.

L · ANTISTIVS
C · F · AEM · VETVS
AVGVR
FORTVNAE · PRIMIG
5 EX · VOTO · SVSCEPTO

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Exhibent Columna ms. f. 160; Ursinus, qui vidit, fam. Rom. p. 17, a quo pendent Lipsius auct. 38, 5 et Grut. 75, 10 (ex Ursini schedis); Anonymus Barberinianus f. 243; Suaresius Praen. p. 46 (inde Vulpi 9 p. 126) ubi citatur Gruterus; Pennazza ms. bis; Ceconi p. 54; Chaupy *maison d'Horace* 2 p. 279; Petri p. 305 n. 32.

Hic L. Antistius C. f. Vetus diversus est ab eiusdem nominis homine cui posita est n. 2802; nam ille pontifex fuit, hic augur.

2850 cippus litteris (aevi) Antonini METELL. In civitate Praenestina Gamm.; in via Praenestina Sabin. Praeneste in vico quodam ad principium ascensus castelli ad parietem BVDAEVS, retro palatium METELL., sub palatio ad domum privatam SMET. — Rep. *nel tempio della Fortuna in Praeneste* LIGOR. (Taur.). — In S. Hieronymi SVARES. (Praen.) de particula superstite (vv. 1. 2); *sopra il pozzo de' PP. della Dottrina Cristiana* CECC.; in horto patrum catechistorum vulgo *dottrinarii* DE ROSSI.

FORTVNAE · SANCTAE
ATINIA · TYRANNIS
SEMINARIA · A PORTA
TRIVMPHALE
5 P · TEREIVS · FORTVNATVS
VIR · CARISSIMVS
CVI · GRATIAS · MAXIMAS
SEMPER · EGI
CVM
10 TEREIVS · FAVSTINA
FILIA
DONVM · DEDIT
L · D · D · D

Integrae inscriptionis non minus quinque extant exempla, primum id quod proponunt Gammarus Trev. 23 et codex Marcianus Petri Sabini f. 43', et quod redit sine dubio ad Pomponium Laetum vel aliquem ex eius discipulis; secundum Budaei apud Metellum Vat. 6039 f. 352' et Pingonium f. 83'; tertium ipsius Metelli Vat. 6040 f. 43'; quartum Smetii ms. Neap. p. 104 (inde pendent Pighius cod. musei f. 29 et Panvinus Vat. 6035 f. 138, Roma p. 125, item ut puto Ligorius Neap. lib. 25 p. 210, quamquam variat in v. 6), apud Waelscapplium f. 54', paullo aliter (cf. infra sub v. 6) ed. 30, 14, ubi dicitur vidisse; quintum Borghinii ms. p. 145. Ex Panvinii Roma puto Ligorius Taur. vol. 14, item (certe laudat Panvinium) Bosio *Rom. sotterranea* (ed. 1650) p. 63; e Smetii ed. Grut. 79, 3 (in altera editione adhibetur Ursinus); ex Grut. Suaresius Praen. p. 45 (ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 124) et Petri p. 302

n. 23. Particulam superstitem vv. 1. 2 descripserunt de Rossi (cf. infra) et ante eum Anonymus Barberinianus f. 246 et ipse Suaresius Praen. p. 46 (inde Mur. 84, 7; Vulpi 9 p. 126; Ceconi p. 52; Petri p. 304 n. 31).

Vv. 1. 2 descripsit de Rossi sic: FORTVNAE · SANCTAE | ATINIA · VB; v. 2 ATINIA TVDANINA Suares. (Praen.); solum v. 1 excepit Anonymus Barberinianus. — 2 ALINIA Bud. Borgh., ATYNIA Lig. (Neap.). — 4 TRIVMPHALE Gamm. — 6 CLARISSIMVS Ligor. (Neap.) et Smetii ed. (non ms. Neap., neque apud Waelsc.) — 13 L om. Bud.

2851 parva basis marmorea. Extra Praeneste *nella vigna di Agapito Croce, a S. Pietro della Mensa vescovile* CIC. Ibi extat.

FORTVNAE
PRIMIG
M · AVRELIVS
HAMMONIVS
5 QVES · ROMAN
CONIV

Descripsimus ego et Stevenson. Cicerchia ms. et in epistula data d. 4 Iun. 1857, unde repetivit Henzen *bull. dell' Inst.* 1857 p. 71.

6 littera prima quae fuerit, incertum est; CONIVX Cic. in epistula; in schedis idem sic 5 seq. ROMANVS | CVM CONIVGE | SVA supplemento tacite recepto.